

A. S. S. & I. T.

DISSERTATIO THEOLOGICA;

De

GRATIÆ DEI
PROPRIETATIBUS, QVA
GRATUITA, SUPERNA-
TURALIS ET UNIVER-
SALIS;

Succinctè in *ἑσῆσι* & *ἁνθίστην* adornata:

Quam

E censurâ & approbatione,

ADMODUM REVERENDÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ,
In Regiâ Academiâ Aboënsi,

P R Æ S I D E

PETRO LAURBECCHIO,

S. S. TH. D. & PROFESSORE Ordinario,

Publicæ disceptationi submittit

ANDREAS JAC. FROSTERUS,
BOTHN.

In Auditorio Superiori & Maximo,

Ad diem 9 Aprilis, Anni CH. MD. CC. XCII.

Impr. apud JOHANNEM L. WALLIUM.

VIRIS

*Plurimum Reverendis & Doctissimis,
jugi pietate colendis:*

DN. JACOBO FROSTERO

Ecclesiæ Civitatis Uhloënsis Pastori gravissimo,
nec non Præposito vicini Districtus accuratissimo,
Patri charissimo quovis filiali obsequio hu-
millimè observando:

Ut &

DN. ZACHARIÆ ULHEGIO,

Civitatis ejusdem Uhloënsis Sacellano meritissimo,
Avunculo & Compatri beneficentissimo;

Dissertationem hanc Theologicam submissè offert,

Singularè tuum, PATER OPTIME, amorem, & propensissimam
mei curam satis superque percepim, nec verbis exprimere
nec calamo significare queo. Nam inter tot liberos educan-
dos, liberalitateque Paternâ sustentandos, neque nos fratres consan-
guineos, ex altero conjugio prognatos, deseruisti, sed cumulati-
m nobis singulis suppeditasti victum & amicum. Quamvis autem
Vestris beneficiis, Pater amantissime & Avuncule reverenter obser-
vande, satisfacere non valeam, placido tamen vultu hæc qualiacumque
ingenii teneri gratitudinis molimina suscipite! Nullus enim super-
fedeam, vobis officia, si modò mentem & conatum sequeretur expe-
diendi copia, præstare, Deumq; pro vestrà incolumitate precibus
calidis obtestari, ut vos diu Ecclesiæ & vestris superstites velis, ac tan-
dem, absoluto laborum stadio, in æternum perducere gaudium!

REVEREN. PATRIS ac AVUNCULI

*observantissimus filius
& cultor*

A. FROSTERUS

JUVENI
Prestantissimo ac Doctissimo
DN. ANDRÆ FROSTERO
Ostro-Bohni,

Amico suo ac Convictori sincere dilecto,
de *Gratia Dei* publice disputanti,

Ὡς κακοθημοσύνη ἀνθρώποις ἐστὶ κακίστη,
οὕτως καὶ εὐθημοσύνη κείνοισι ἀρίστη.
Κρήματα γὰρ μελέτη λαίρην ἔσθλα ὀφέλλει,
ἄνδρα δὲ ἀμβολιεργὸν δὲ ἄλαιοι παλάισιν
Πολλάκι σὺν χαλεπαῖς. Διεκμήρατο βροτοῖσι
Πάντα μιν ἔνυξ πόνοις ψηφίσματα σημνά θεοῖο.
Ἐν θυμῷ δ' εὐσεβῶ φίλιστα ἰαυτὶ ἐφύλαξας,
τὸν ἐργαζόμενος, μάταισι παρῶν γε κλειῖσαις,
ὡς καὶ νῦν ἀρέτης σεο γέκματα λαμπρὰ ἀποδείκνυς,
Τεχνοσύνης γε πόθον, καὶ ὀλύμπια δόγματα σκίπτῃ.
Τάνεκά σοι μόχθος καὶ ἐμήσατο ἄθλα φαιννά.
Κάιγε χάρις μεγάλοιο θεῷ σοι ἔσπεται ἤδη
Σκεπτομένῳ χάριτος περὶ εἴης. Καλὸν γε φασὸν γε
Ἔσαι ὅμως κλέος αἰεὶ σε. ἔτι ὄλβιος ἴσθι.

*Letos studiorum progressus gratulatur, et fructus
eorundem fructius apprecatur*

DAVID ΣΥΝΘ.

ANDREAS FROSTERUS O:B:

per duplex Anagramma.

SUDATA, FRONS, FERT, ROS, BOREAS, SORBERE, UNDA,

Conculcat tremulis, canescens Bruma labores
Viribus agrestum; Phœbus & ipse tremit
Cum BOREAS stridens, obscuram lampada reddit,
Currit & obliquo tramite solis iter;
Concretas lugent UNDA & rura puellæ,
Amisissis violis, frigida tecta timent,
Nec generosum dant UVÆ SORBERE Falernum
Nec SUDATA apibus, mella feruntur agris.
Attamen expellunt heic ubera dulcia mustum,
Insimul & gemmas, FERT glacialis hyems,
En! Pindo qvalis, ros gratus defluit alto,
Germinat & s'avis, flore virente, rosa;
Cum tua fert gratas solers industria curas,
Audet & excelso promere verba choro,
Mi FROSTERE, piis semper dilecte Camœnis
& pariter studiis, usque dicite sacris.
Magni doctoris sublimia dogmata volvens,
Hocce modo faustè FRONS tibi læta nitet.
Hinc veniat tandem messis tibi læta perennis
Qua patriæ prosis, tum placeasque DEO!

Gratulabundus adjecit

C. HOFFREN.

Gratia DEI quæ sint Proprietates.

§.

I. **S**eqvuntur, ordine præscripto, spectandæ Gratia DEI proprietates: quæ considerantur, partim ex Causâ Impellente, unde est Gratia DEI (1) Gratuita; partim ex propriâ Indole & Efficaciâ, estque ita (2) Supernaturalis; partim ex Amplitudine Oblationis, quatenus (3) Universalis, semper quidem ordinariè Aequalis, extraordinariè verò aliquando Inæqualis; partim ex Applicationis receptione, fitque inde (4) Resistibilis, etiam (5) Amissibilis. §. Omnium PRIMÒ autem hîc Gratia ratio Gratuita explicanda venit, quando id proprietatis, quâ originem & causam impellentem, ipsi convenit. Appellatur Gratia hoc respectu aliàs *Indebita*, idque quia *debitum* & gratia omnium maximâ oppositione opponuntur, ut, qui velit ea confundere, ex gratia non gratiam ex opere non opus faciat; quod absurditatis arguit Apostolus Rô. II v. 6. & in Christo accepimus χάρις ἐν χάρι, Gratiam pro gratiâ i. e. gratis. Joh. I. v. 16. Est verò Gratia Dei gratuita, & ratione institutionis mediorum salutis, quæ dicitur Gratia ordinans, de quâ agitur I. Cor. 2. v. 7. Eph. I. v. 4, 5. 2. Timoth. I. v. 9. & ratione applicationis eorundem, quæ est Gratia applicatrix Spiritus S. per vocationem I. Cor. 2. v. 9, 10. Eph. I. v. 9. 2. Tim. I. v. 10. regenerationem & justificationem, Tit. 3. v. 5, 7. Rom. 8. v. 30. & c. Nec obstat (2) Quòd merito Christi nobis parta sit, 2. Cor. 5. v. 18, seq. 2. Tim. I. v. 9. Manet enim nihilotenus gratuita respectus nostri, quicquid gaudent Phœnicians, dum Gratiam Dei Merito Christi opponunt: quippe Deus acceptus sibi fecit nos in dilecto, Eph. I. v. 6. etsi id à parte Christi morte ejus constituit, Joh. 3. v. 16. Rom. 5. v. 8. c. 8. v. 32 I. Joh. 4. v. 9, seq. Causæ subordinatæ,

Gratia
Dei est
(2)
Gratuita
seu Indebi-
ta.

Objec-
tio.

E

invi-

34
2. invicem non sunt opponendæ. *Nec obstat* (B) Adamum, & in ipso genus humanum, non accepisse per Creationem ejusmodi gratiam, quæ ei posset aut deberet gratuitò à Deo restitui, utpote non naturalis & naturâ hominibus indubitata, cum aliis, si fuisset naturalis, lapsi homines non fuissent; Namque initò ad imaginem Dei conditi, Gen. I. v. 26, seq. c. 5. v. 1. c. 9. v. 6. I. Cor. II. v. 7. Syrac. 17. v. 2. & recti creati ad immortalitatem, Eccl. 7. v. 30. Sap. 2. v. 23. reverâ hâc naturali pollebant gratiâ, ad quam per redemptionem Christi nunc gratuitò restituantur, Colos. 3. v. 10. Eph. 4. v. 24. Cui ad stipulatur quoque Dn. D. Johannes Adamus Osiander, Theol. Posit. Acroamat. part. 3. art. 1. th. II. in juvenis: *Nec sive statuamus Adamum vires credendi habuisse & perdidisse, sive non habuisse nec perdidisse, cause nostre quicquam decedit, cum etiam admissio posteriori, Sufficiente instructus fuerit in statu integritatis, cavendi omne illud, quod eum obnoxium reddere poterat Deo, & tot tantisque præsiidiis circumvallatus, ut omni contrario par esse potuerit debellando.*

Refutans
tur Pelas
giani,

2. Orthodoxiæ docuerunt disputantque difformiter, in hoc momento, (I) Pelagius cum sequacibus, asserentes *Gratiam Dei nobis dari ex meritis nostris, quòd Dei beneficio ita conditi simus, ut post lapsum Adamiticum, per naturam nostram & Liberum arbitrium legem ejus observare possimus; Contra Rom. 7. v. 14. seqq. Eph. 2. v. 3. 5. namque Omnis benedictio Spiritualis fundatur in Christo, Eph. 1. v. 3. nec est ab ullo humano merito, sed solius meriti Christi effectus est, I. Tim. 2. v. 6, seq. Eph. 4. v. 11, seqq. imò nè in statu quidem integritatis ullam gratiam homines propriis meritis consecuturi erant, ceu ex asseveratione Christi evincitur, Luc. 17. v. 9, seq. (II) Pontificii, ingeminantes illud, *Homini facienti quod in se est Deum non denegare gratiam, ideoque quàm proximè accedentes Semipelagianis, Gratiam ita admittentibus, ut**

Ponti
ficii,

initium tamen & conatum aliquem in nobis procedere statuerint, quæm Deus promoveat: Sive dixerint, ad habendam fidem posse aliquem se preparare per rationem naturalem, ut etiam in barbaris nato nationibus, dum, quod in se est, facit, Deus revelet, quod est necessarium ad salutem, vel inspirando, vel Doctorem mittendo; Cui tamen assertioni aduersatur Paulus, 2. Cor. 3. v. 5. Phil. 2. v. 13. 1. Cor. 2. v. 14. & B. D. Scherzerus Breviar. Hulfemanniani cap. 8. ad th. 6. ait: Nec ingenii gentilis exercitium ad inquirendum naturam & voluntatem Dei, nec propositum conformandi mores ad æquitatem naturalem, vel ad aliam quamcunque normam ac religionem meliorem, est causa inductiva, aut ullo modo causans revelationem mysterii redemptionis, & reliquorum beneficiorum per missionem prædicantis seu Doctoris, Sive afferantur, Hominem, per rationem rectam & notionem boni à creatione inditam, posse suo arbitrio recurrere ad Causam sui Principem, quam scit religiose colendam & orandam, ab eaque petere lucem cognitionis fidei & boni, quæ dabitur ei, & sic faciet homo, quod in se est; Verum hoc contradicit Christo, Joh. 6. v. 44. c. 15. v. 5. c. 4. v. 22, seq. imò etiam Paulo, Eph. 4. v. 18. Rom. 8. v. 26. Sive statuatur denique, observantibus jus Nature circa cultum Dei ex lumine naturali, Deum altiori fidei radio affulsurum, ut possint salvi fieri, conatum nempe agendi opus honestum per principia sufficientes naturalia tulciendo, ex gratiâ preveniente, ad actum quoque fidei eliciendum supernaturalem; Sed ita Fides foret in potestate omnium, adversus 2. Theff. 3. v. 2. Joh. 6. v. 65. 2. Cor. 3. v. 5. Phil. 2. v. 13. unde B. Hulfemannus Breviar. Cap. 8. th. 5. infert: Cognitio & Cultus Dei ex jure Naturæ, non est immediatè Sufficiens ad obtinendum proximè finem ultimum hominis, sive æternam beatitudinem; Sed tantum actus pedagogicus, ad accipiendam successivè cognitionem majorem, sufficientemque per prædicationem Verbi, ad acquirendam proximè finem ultimum, qui est Salus æterna animæ

Conferfis Scherzerum ibid me (III) *Arminiani & Remon-*
frantes, hâc in re ita definiētes, nempe Deum, positi à Lege fidei
omnibus servandâ, omnibus qd̄ q̄ve auxilium Sufficiens ad creden-
dum conferre ex gratiâ, cum nemini id sit naturale, alio-
qui nullo jure posse, aut obsequium fidei ab hominibus postu-
lari, aut infideles puniri; Equidem Deus, & vult omnes homi-
nes salvos per fidem, 1. Tim. 2. v. 4. Ezech. 18. v. 23. 2. Petr. 3. v. 9.
& omnes ad salutem invitat, Prov. 1. v. 22, seq. Esa. 65. v. 1. seq.
Rom. 10. v. 20, seq. Apoc. 3. v. 20. sed Homines ipsi huic gratiæ
resistunt, Prov. 1. v. 24, seq. Esa. 65. v. 12. c. 66. v. 4. Jer. 7. v. 13.
Matth. 23. v. 37. etenim Principiorum, quæ unionem cum Deo
corrumpunt sive dissolvunt, operationem Deus non impedit (in homi-
nibus) per violentiam, sed per media ab homine actu primo reji-
cibilia, & quæ actu secundo sapius rejciuntur; ceu loquitur
idem B. D. Hulsemannus Breviar. Cap. 14. th. 13.

3. *Gratia Dei, prout non modò subsistit intra benevo-*
lentiam illam intuitu meriti Christi provocatam, quâ Deus
omnes vult homines participes Mediorum salutis fieri, sed ad
actum quoque illius affectus & exercitium progrediens, Me-
dia salutis hominibus communicat & applicat, est SECUNDÒ planè
etiam Supernaturalis, occupata circa mortuum hominem in
peccatis, qui vivificandus, Eph. 2. v. 5. seq: regenerandus, Joh. 3.
v. 5, seq: 1 Petr. 2. v. 2, seq: convertendus, Luc. 1. v. 16. Huic Deus,
potentiâ omnem finitam potentiam excedente, illuminat
mentem, voluntatem in obsequium Evangelii flectit, & salutem pro-
curat æternam. Et quidem Gratiam istam, quâ Deus con-
versionem, viam & salutem hominum operatur, esse Su-
pernaturalem, omnemq; finitam potentiam longissimè su-
perantem. è Scripturis Sanctis evincitur; veluti Eph. 1. v. 19.
seq. Credere dicimur, pro efficacitate fortis roboris Dei, quam ex-
seruit in Christo, cum suscitavit eum ex mortuis, & collocavit ad
dexteram suam in calis: & Colos. 2. v. 12. resurrexisse à peccatis

tis per fidem efficacis illius virtutis Dei, qui suscitavit Christum ex
 mortuis. Sicut ergo Conversio hominum efficitur istâ potentia, quâ
 Christus excitatus est ex mortuis, & ad dexteram Dei col-
 locatus, utiq; certum est, eam longissimè omnem potentiam hu-
 manam excedere & exsuperare, ut concludit Brochmandus
 System. Theol. tom. 1. art. 13. cap: 1. sect: 7. Etiam enuclea-
 tus Gratia hanc Dei Proprietatem secernit B. Dn: D. Dann-
 haverus Hodosoph. phænom. 9. pag. m. 8 o. ita inqviens:
 Efficax, est Gratia Dei mediante Verbo & Sacramentis; efficaciam
 non physicam, qualis est in pharmaco; nec merè Rhetoricam, aut mo-
 rali, quæ supponit Liberi arbitrii vires; (loquimur autem de pri-
 mo initio conderisionis, ac primo quasi momento fidei efficienda) non
 ductivam, quæ sequacem & volentem supponit, (qualem in homine
 jam regenito non negamus) non violentam, & per modum ἐκλύσεως
 coactivam: sed Hyperphysicam, per physicas tamen actiones, illumina-
 tionem scilicet, sationem serinus, vim pluvia ac tonitruum &c. in
 Scripturis expositam. Ubi in Scholio quoq; addit: Hanc effica-
 ciam Christus, Joh. 6. 44. tractionem vocat: quæ (nonnullis
 interjectis) realis est & hyperphysica: & de hac tractione audi-
 endus Augustinus Lib. 1. contra duas Epp. Pelag c. 19. Trahitur ho-
 mo miris modis, ut velit, ab illo, qui novit intus in ipsis hominum
 cordibus operari, non ut homines (quod fieri non potest) nolentes cre-
 dant, sed ut volentes ex nolentibus fiant.

4. Negligunt itaq; Scriputræ Lucem, in hac materiâ. (1) Rejici-
 Pelagiani, eorumq; complices Weigeliani & Arminiani substi-
 tuentes Naturam ejusq; Lumen, pro Gratia efficaciam quasi viri-
 bus in creatione acceptis, per liberum arbitrium possit homo domare
 & extinguere omnes cupiditates, tentat onesque superare; Contra
 querelam Apostoli, Rom. 7. v. 15, 23, 24. Gal. 5 v. 17. Est qui-
 dem etiam Gratia Dei quædam naturalis, alia ordinaria aut
 extraordinaria, ut ostendit, ibidem quâ prius, B. Dannhaverus
 pag. 840. verum Gratia illa Jalisifera, merè supernaturalis est

Rejici-
 untur Pel-
 agiani,
 Weige-
 liani &
 Armini-
 ani.

atq; *Evangelica*, non in *donis nostris*, in *nobis* & à *nobis*, sed in *efficaci favore Dei*, ad nos terminato, consistens. Rom. 3. v. 24.

Photiniani,

Eph. 2. v. 8, seq. Tit. 3. v. 5. (II) *Photiniani* & *Arminiani* pelagianizantes, *Gratie Efficaciam* constituentes in revelando & ostendendo per doctrinam, quid fieri debeat, non in cooperando & dilectionem inspirando, ut homo faciat, quod faciendum cognovit, adeoq; *Christum* asserentes, non *divina virtutis auxilio*, sed *imitationis exemplo*, adjutorium nobis contra peccatum dedisse; Cum tamen præter *revelationem* & *doctrinam*, tum *Legis*, Exod. 20. v. 1. c. 31. v. 18. c. 32. v. 16. Deut. 5. v. 6, 22. c. 9. v. 10. tum *Evangelii*, Rom. 16. v. 25, seq. 1. Corinth. 2. v. 7, 10. Matth. 16. v. 17. Joh. 5. v. 39. etiam *Deus divinâ Gratie suæ virtute* in hominibus operetur, & velle & perficere, Phil. 2. v. 13. Hebr. 13. v. 21. nec tantum *Christus imitationis* reliquerit nobis *exemplum*, in adjutorium contra peccatum, 1. Petr. 2. v. 21. c. 3. v. 17, 18. Matth. 16. v. 24, seq. Joh. 13. v. 15. 1. Joh. 2. v. 6. verum quoque *merito* & *satisfactione* nos à peccato & morte liberaverit, Esa. 53. v. 4, seq. 1. Cor. 15. v. 3. Rom. 3. v. 24, seq. Matth. 20. v. 28. Eph. 1. v. 7. 1. Tim. 2. v. 6. 1. Petr. 1. v. 18 seq.

Pontificii.

(III) *Pontificii*, qui variè se hinc torquent: Vel *naturales Liberi arbitrii vires* pro *Gratie efficaciam* interpretantes, quod redundare in laudem Dei putant; Adversus Apostoli sententiam, 2. Corinth. 3. v. 5. 1. Cor. 2. v. 14. Rom. 8. v. 7. Vel *efficaciam Gratie* derivantes à *naturâ Electorum*, ex *gratiâ Dei ita dispositâ*; Quomodo inde sequeretur absurdum, *Electos gratiâ Dei excidere posse nunquam*, secus quam evincit exemplum Davidis adulteri & homicidæ, 2. Sam. 12. v. 9, 13. Petri abnegantis Christum, Luc. 22. v. 31, 32, 62. &c. Vel *Gratie efficaciam* explicantes de *χαρισματι* & *donis gratuita misericordiâ collatis*; Quomodo *χαρισματι*, seu *donis gratuita à Deo data*, confundunt cum *Gratie efficaciam*, unde *supernaturali virtute* producuntur, 1. Corinth. 12. v. 8, seqq. *effectum pro*

causa

causâ substituentes, quæ tamen Apostolus expressè distinguit, Rom. 12. v: 6. Confer. 1. Petr. 4. v: 10. Eph. 3. v: 7, seq: Rom. 5. v. 15. 39

5. Gratia illa TERTIO est *Universalis*; Ut enim Deus vult (γ) omnium salutem, ita etiam omnes omnino homines serò vult vocare & convertere, ceu actu quoq; vocat, ipsisq; per adhibita gratia media salutem intendit: quò respexit Apostolus, Rom. 11. v: 32. Gal. 3 v: 22. Concluserit Deus omnes in incredulitate, ut omnium miseretur, adeoq; conclusit Scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Universalis, Hinc B. Mentzerus ait, Exeges. Aug. Confel. art. 7. pag. m. 305. Gratia hæc Dei ad omne hominum genus se extendit, sed apprehenditur à solis credentibus. (u) Propensionem divine Voluntatis ad salvandum esse universalem, Nota, etsi Salvatio ipsa, quâ actum, non item: Nimirum notum est, multos in suâ impietate injustitiâq; permanere, inque suis sceleribus perire æternum, licet ad salutarem resipiscentiam sufficientibus mediis à Deo invitentur, Prov. 1. v. 24, seq. Ezech. 12. v. 2. Esa. 5. v: 1, seqq. Matth. 23. v: 37. Luc. 7. v: 30. Act. 7. v: 51. c. 13. v: 46. (f) Nec esse Electionem hominum Universalem ad vitam æternam, ut omnes & singuli homines ad vitam æternam electi sint, ceu Huberus somniavit: sed paucos tantum existere electos, etsi multi vocati sunt, ex Matth. 20. v. 16. c. 22. v. 14. Id ergo per Gratia hanc Universalitatem intenditur, Deum nempe Misericordiam omnium & singulorum hominum commotum. omnibus & singulis parasse media, quibus ad Deum converti. & æternum salvari possint. Quod patet, (1) Ex amplitudine divine erga homines benevolentia, quæ non ad paucos, sed ad omnes disertè extenditur, serâ & juratâ Dei voluntate, nè quis pereat, sed ut omnes vivant & salventur, Ezech. 18. v: 23. 32. c. 33. v. 11. Matth. 11. v. 28. c. 23. v. 37. Joh: 1. v: 9. c: 3. v. 16, seq. Rom. 11. v: 32. 1 Timoth. 2. v: 4, seqq. c: 4. v: 10. Tit. 2. v: 10. 2. Petr.

2. Petr. 3. v. 9. (2) *Ex Vocatiōe per Evangelii Un̄versalem prædicationem*, in toto terrarum orbe, Matth. 28. v: 19. Marc. 16. v. 15. Luc. 24. v: 47. Act. 1. v: 8. Rom. 10. v. 18. Col. 1. v. 6, 23, 28. (3) *Ex Morte Christi, quam pro omnibus hominibus sustinuit, ut omnes Deo reconciliaret*, Esa. 53. v. 6. Rom. 5. v. 18, seq. c. 14. v. 15. 1. Corinth. 8. v: 11. 2. Co. 15. v: 15, 19. Hebr. 6. v: 4, seqq: 2. Petr. 2. v: 1. 1. Joh. 2. v: 2. Ex quibus omnibus est manifestum, *amplam adeo esse Dei Gratiam, ut ad omnes & singulos homines, etiam hos qui pereunt, se extendat. Quam in rem differit B. D. Dannhæwerus. Hodol. Christ. phæn. 9. pag. m. 847. inqviens: Un̄versalis est Gratia inq̄ omnes ordinariè equalis, quanta sc. est gratia Patris & meritum Christi, tanta & tam ampla Spiritus S. gratia. Finge hic particularitatem, Deus erit injustus, qui ob repulsam gratiam reprobo dimittet, quibus illa seridè nunquam oblata sit. Si Deus omnibus dedit Christum, quod majus est, ergo vultò magis gratiam & fidem. Qui donat arborem vitæ, quidni eti. in fructus? equalis in omnes ac singulos, reprobo etiam, per se, exque intentione d'vinà ac ordinariè.*

Refelluntur Pontificii.

6. Longè itaq; ab orthodoxiâ declinant, (1) *Pontificiù calvinizantes: Vel* quando *προσωποληψία* impingunt Deo, quòd quibuscunque *Auxilium* seu *Gratia Sufficiens* divinitus contingit, illis datur *misericorditer*, cœteris autem non datur, ceu *ex justitiâ*, in pœnam scilicet præcedentis peccati, saltem originalis; Quasi Deus pro *justitiâ suâ aternâ & immutabili*, Job. 9. v. 19, seq. Psal. 143. v. 2 Apoc. 16. v. 5. non posset omnibus *auxilium* seu *gratiam* suam denegare, cum omnes *equè peccati originali* sint infecti, & *actûalibus* se quotidie contaminent, Rom. .v. 12, 23. nisi pariter, ut *justus*, ita *misericors* esset, Psal. 145. v. 17. Ibidem 116. v. 5. Ho. II. v. 8. imò, à *προσωποληψία* alienus est Deus vel maxime, Deut. 10. v. 17. 2. Paral. 19. v. 7. Job 34. v. 19. Act. 10. v. 34. Rom. 2. v. 11. &c. Vel ubi in explicatione *φρόσως*, *Auxilium dare & non dare*, trlicantur, ve-

IUT DEUS, aut non *dei Omnibus Gratiã seu Auxiliũ Super-*
naturale, respectu receptionis, sed tantũ respectu Oblationis,
 qvòd à parte suã modò paratus sit hujusmodi auxiliũ omni-
 bus conferre, aut neque denegat suã gratiam non recipienti-
 bus, qvia ab æterno, ante ullius rei & creatura præscientiam vel
 prævisionem, statuerit voluntate absolutã, nunquam dare gratiam
 eis, qvi non recipiunt; Namqve DEUM haud minũs à parte
 receptionis, qvã oblationis, non modò paratum esse dare omni-
 bus gratiam, sed & actu dare, evincunt scripturæ, Esa. 65.
 v. 1. seq. Rom. 10. v. 20, seq. Col. 1. v. 6, 23, seq. Apoc. 3. v. 20.
 etiam falsa est *verò Deo, Deum ab æterno, ante ullius rei & cre-*
atura præscientiam vel prævisionem, cæco impetu aliquid statueri,
 cum Apostolus disertè asseveret, Deum omnia efficere ex consilio
 voluntatis suæ, Eph. 1. v. 11. vafrum ergo est effugium, incon-
 venienter dici, Deum qvibusdam hominibus non dare gratiam,
 quandoquidem econtrã statuerat ab æterno, ante præscien-
 tiam hominis unquam futuri, non recipientibus nunquam
 dare gratiam. (II) Calviniani, qvi varias hîc *eretodogias* pro- & Calvin
 pugnant: Sive (α) cum Bezã blasphemantes, Nullum fuisse, niani.
 vel esse, vel futurum esse tempus, qvo voluerit, velit, aut voliturus
 sit Deus singulorum misereri, ut qvi ab æterno ex beneplacito suo ir-
 resistibili constituerit, & quorum in Christo miseretur, & quos
 in Christo induraret; Quomodo, & Univerſalem Dei negant Mi-
 ericordiam, adversus scripturas, Ezech. 18. v. 23, 32. ibidem
 33. v. 11. 1. Tim. 2. v. 4. 2. Petr. 3. v. 9. & Absolutum Dei machi-
 nantur Decretum, particulare & irresistibile, de qvibusdam salvandis,
 cæteris verò damnandis, non modò contra eadem jam allegata
 testimonia, sed & consimilia de hominum pertinaci contra Deum
 resistantiã, Esa. 65. v. 2. Rom. 10. v. 20. seq. Luc. 13. v. 34. Mat.
 23. v. 37. & Deum faciunt authorem peccati, horrendã blalphem-
 iã criminantes, eum in Christo peccatores indurare, contra
 Psal. 5. v. 5. Psal. 45. v. 8. Hof. 13. v. 9. Matth. 18. v. 11. Luc. 19. v. 10. Sive

(β) cum Spanhemio & modernis, disputantes de *Voluntatis Divinae Conditione*, in *Humanae Salutis negotio*; Cum tamen nulla sit *Conditio alia Hominum aeternae salutis*, quam si verè & finaliter in *Christum credant*, Joh. 6. v. 40. ibidem 3. v. 16. A. & 4. v. 12. ibidem 10. v. 43. Rom. 4. v. 9. 16. seq. & c. Sive (γ) cum Wendelino, *Ecclesias Orthodoxas, Pelagianismi* aut *Semipelagianismi* insimulantes, proptereaque *Hunnium & Mylium* per calumniã *Ecclesiæ nostræ* geminos pullos appellantes; Quasi *Pelagiani* aut *Semipelagiani*, *Gratiæ* divinæ hostes, agnoverint *Gratiam Dei*, eamq; omni ex parte in *Salutis negotio Universalium*, vel *Pelagianum* sit aut *Semipelagianum*, *Gratiam Dei* statuere, ex *intentione divinã Universalium*, etsi à parte *Hominum*, recipientium aut non recipientium, *Particularis* fiat, vel propterea contumeliosè appellandi sint *sani Doctores*, quia *Verbo Dei consona* docent: Quæ omnia ἀσύνετα sunt & ἀνακόλυφα. Sive (δ) cum Amyraldo, aliisque *hypotheticis* ejus sequacibus, comminiscentes, *Deum* omnes velle *servare* *conditionatè*, modò *credant* & *officium* faciant, & *potentiam naturalem*, circa *Fidem* & *Resipiscentiam*, aliquã esse *ratione reliquam*, sed illam ab *insuperabili malitiã morali* opprimi, etiam *Fidem ac Resipiscentiam* à *Misericordiã Dei* *conditionali* in *salvandis* non effici; *Haud attendentes*, *Deum* non modò quã *Gratiam* *mediorum Salutis Ordinatricem* ab æterno, sed etiam quã *eorundem Applicatricem* in tempore, secundum *Voluntatem antecedentem* & *generalem*, *Velle* ut omnes *homines credant*, *officium faciant*, & *salvi fiant*, 1. *Timoth.* 2. v. 4. *Ezech.* 18. v. 23. 2. *Petr.* 3. v. 9. etsi *Conditio* illa *Fidei* & *Obedientiæ* *vitio* *hominum* non impleatur, ut *Voluntate DEI* *Consequente* *salvari actu* queant, *Esa.* 65. v. 2. *Rom.* 10. v. 21. *Hos.* 13 v. 9. imò, non tantum *superesse* in *hominibus* *impotentiam* *Moralem* seu *insuperabilem* & *pertinacem malitiam*, circa *Fidem* & *pœnitentiam*, *Joh.* 3. v. 6. *Rom.* 8. v. 7. sed *impotentiam* quoque *Naturalem* non esse *ablatam*, *Eph.*

2. v. 1, 5. 1. Corinth. 2. v. 14. Col. 2. v. 13. denique etiam
Qualitatem in objecto salvando requisitam effici, nisi per *Mi-*
sericordiam illam Dei Conditionalem omnino non posse, Joh.
 6. v. 44. ibidem 19. v. 4, 5. Phil. 2. v. 13. 2. Corinth. 3. v.
 5. *Sive* (ε) *Cum* aulico Ecclesiaste Brandeburgico, Jo-
 hanne Bergio, temere fingentes, *DEum velle omnes homi-*
nes in N. Testamento Salvos fieri, in V. autem Testamen-
to, Ethnicis de salute aeterna nihil notum fecisse, hinc ad Deum
neminem converti, aut in Christum credere posse, nisi Spiritus S.
per Verbum externum etiam internè peculiari modo operetur,
quin Voluntatem & decretum DEi, circa credentes salvandos &
incredulos damnandos, nihil esse aliud, quàm Legem justitia
& Misericordia DEi in Christo, erga homines lapsos; Cum ta-
men idem sit modus Vocationis & Salvationis, in Veteri &
Novo Testamento, Act. 15. v. 11. Gen. 12. v. 14. Jer. 31. v. 33.
&c. Hebr. 8. v. 10. Tit. 2. v. 11. Eph. 2. v. 8. &c. Conter
de cognitione DEi Naturali, & Vocatione Pædagogicâ
gentilium, tam V. quàm N Testamenti, Rom. 1. v. 19, 20.
Act. 17. v. 27, seqq. etiam Verbum externum per se internè
efficax sit, sine operandi modo Spiritus S. extraordinario & pe-
culiari, Hebr. 4. v. 12. Jer. 23. v. 29. Rom. 1. v. 16. quin ἀν-
τιπαρῶν sit, & merè ἀρέσκειον, Voluntatem & Decretum Dei,
circa incredulos damnandos, esse Legem Justitiæ Dei in Chri-
sto erga homines lapsos, quippe cum Christus in Mundum
missus sit & venerit, non ut damnaret & perderet homines,
sed ut Mundus per ipsam salvaretur, Luc. 9. v. 56. Joh. 3. v
 17. ibidem 12. v. 47. 1. Joh. 4. v. 14. &c.

7. *Gratia illa Dei Universalitas, quæ Objecta, non*
tantum in Electos, sed etiam Reprobos munifica, nec modò
ad Genera singulorum, verum ad Singula quoque generum se
extendens, tum Intra, tum Extra Ecclesiam, in V. & N. Te-
stamento patet omnibus, quanquam diversâ nonnihil dif-

Gratiz
 DEIU-
 niver-
 salitas,
 quæ ob-
 jecta, ad
 struitur;

44 *penfatione.* Id liquet de *Reprobis*, *Efa.* 65. v. 2, feqq. c. 66. v. 4. *Rom.* 10. v. 21. *Prov.* 1. v. 24. *Jer.* 7. v. 13. deque *Singulis generum*, *Pfal.* 50. v. 1. *Col.* 1. v. 23, 28. *Rom.* 10. v. 18.

Contra
Calvi-
nianos.

Pfal. 19. v. 1, 5. 1. *Timoth.* 2. v. 4. *Quem locum postremò allegatum, & si Calvinus, Spanhemius, alique Calvini fequarum, de generibus fingulorum accipiunt, non tamen interpretationem illam poffe fubfiftere, demonftrat evidenter Dn. D. Oflander Prælect. Academ. in N. Testam. part. 2. pag. 464, feqq. Nam (1) fante eâ, inquit, feqberetur tempore Apoftolorum nullum fuiffe genus hominum, nullam focietatem, nullum ordinem, ex quo Deus non voluerit quosdam falvos fieri: at hoc à Calvinianis ofbendi nequit. (2) Si de generibus fingulorum, non fingulis generum, fermo effet, atque fensus: Deus vult ex quovis genere hominum aliquos falvos fieri; confequens foret, Deum etiam ex genere Idololatrarum aliquos falvos fieri velle. At, fe-cundum Calvinianos, quos Deus vult falvos facere, eos ipfo actu falvos facit: Reipfâ igitur idololatra, increduli, & finaliter impœ-nitentes falvarentur. (3) Apoftolus ita afferit, Deum velle falvos omnes homines, ut velit etiam nos precari pro omnibus: atqui precamur non tantùm pro focietatibus, ordinibus, generibus fingulorum, fed pro fingulis etiam & incredulis individuis precari tenemur. Non itaq; focietates tantùm & genera fingulorum, fed vel maxime fingula generum hic refpiciuntur.*

8 De *Ecclefia Veteris & Novi Testamenti* affati m constat, ex *Vocatione* quidem femper *Universali* in *Ecclefia*: utpote (1) In *Familis Patriarcharum antediluvianorum*, *Adami*, *Sethi* & *Sethigenarum*, *Gen.* 3. v. 15. ibidem 4. v. 26. c. 7. v. 1. 2. *Petr.* 2. v. 5. item *Postdiluvianorum*, ut *Noachi*, *Gen.* 8. v. 15, 16, 20, feqq. ibidem 9. v. 1, feqq. *Melchizedeci & Abrahami*, *Gen.* 12. v. 1, feqq. *Act.* 7. v. 3. *Gen.* 14. v. 18, feqq. etiam 15. v. 1, feqq. ibidem 17. v. 1, 2, 4, 9, 10, feqq. c. 18. v. 19. c. 21. v. 33. &c. *Ifaaci*, *Gen.* 26. v. 4, 24, 25. *Jacobi*, *Gen.* 28. v. 12, 13, 20, 21. ibi-

Estque
intra
Ecclesi-
am,

21. *ibidem* 33. v. 20. c. 35. v. 1, 2, seqq. *Israëlitarum in Ægypto servientium*, Gen. 50. v. 24. Exod. 2. v. 23, seq. *ibidem* 3. v. 7, seqq. c. 12. v. 3, 26, 27. *pergrinantium in Deserto*, Exod. 12. v. 14, seqq. *ibidem* 13. v. 1, 8, 14. c. 14. v. 30, seq. c. 15. v. 26. c. 19. v. 5, seq. c. 23. v. 20, seqq. c. 31. v. 13, seqq. Levit. 20. v. 7, 8. *Ibidem* 21. v. 8. c. 26. v. 40, 42. Num. 6. v. 23, seqq. *ibidem* 9. v. 1, seqq. c. 15. v. 38. quò etiam spectat Deuteronomion ferè totum. (2) Sub *Regimine Judicum*, Jos. 3. v. 10, seqq. *ibidem* 5. v. 2, seqq. c. 8. v. 30, seqq. c. 23. v. 2, seqq. c. 24. v. 1, seqq. Judic. 2. v. 4, 7. *ibidem* 10. v. 11, seqq. 1. Sam. 3. v. 20. *ibidem* 4. v. 1. c. 7. v. 3, seqq. *Regum* quoq; nempe *Saulis*, 1. Sam. 12. v. 13, seqq. *Davidis*, 2. Sam. 6. v. 1, seqq. *Salomonis*, 1. Reg. 8. v. 1, 55, seqq. *Asæ*, 2. Chron. 14. v. 3, seqq. *ibidem* 15. v. 2, 8, 9, seqq. *Josaphati*, 2. Chron. 17. v. 7, seqq. *ibidem* 19. v. 3, 4. *Josaf*, vivente Jojada Sacerdote illius præceptore, 2. Chron. 23. v. 16, seqq. *ibidem* 24. v. 4, seqq. *Hischie*, 2. Reg. 18. v. 4, seqq. 2. Chron. 29. v. 3, seqq. *ibidem* 30. v. 6, seqq. c. 31. v. 1. *Manasse*, 2. Chron. 33. v. 16. *Josia*, 2. Reg. 22. v. 3, 12, seqq. *ibidem* 23. v. 1, 25. 2. Chron. 34. v. 3, seqq. *ibidem* 35. v. 1, seqq. *Zedechie*, 2. Chron. 36. v. 15. Imò etiam *durante Captivitate Babylonicâ*, Jer. 29. v. 4, seqq. Ezech. 2. v. 3, seqq. *ibid.* 7. v. 17, seqq. &c. *quin post Captivitatem quoque solutam*, sub *Prophetis, Sacerdotibus & Ducibus*, Esd. 5. v. 1. *ibidem* 6. v. 14. Hag. 1. v. 3, 12, seqq. *ibidem* 2. v. 12, 21, seqq. Zach. 1. v. 3, seqq. *ibidem* 9. v. 1, seqq. Nehem. 8. v. 1, seqq. *ibidem* 9. v. 1, seqq. 2. Machab. 3. v. 1, seqq. Syrac. 49. v. 13. *ibidem* 50. v. 1, seq. (3) *Tempore Christi & Apostolorum*, Matth. 11. v. 28. Joh. 7. v. 37, seq. Matth. 28. v. 19, seq. Marc. 16. v. 15. Luc. 24. v. 47. Colof. 1. v. 23. Vide omnino B. D. Calovium, in *Ecclesiometriâ* hæc fusissimè persequentem.

9. *Extra Ecclesiam* verò an detur quædam *Gratia Univerſalis*? disputari ſolet & poteſt, cum aliàs *Gratia preſſe* dicta non niſi in *Eccleſiâ* locum habeat, ibiq; per Verbum & Sacramenta ſe exerat; de quâ hæctenus Theologi maxime fuerant ſolliciti, contra Pontificios depugnantes. Nos, cum orthodoxis, talẽ *Gratiam*, quæ eſt *benevolus Dei affectus erga omnes & ſingulos homines, merito Chriſti partus, quo mortales omnes ratione utentes, etiam Extra Eccleſiam, aliquo modo ad Salutem vocantur*, exiſtimamus non eſſe negandam: Nempe cujus *primus gradus* ſe prodit (1) *Objectivè*, per propoſitionem Creaturarum, earumq; regiminis, Deiq; benevolentia, juſtitia & omnipotentia, quam in creatione, conſervatione, punitione, deſenſione, liberatione earundem exhibet; (2) *Effectivè*, per ſulcitationem conſuſionum practicarum in mentibus infidelium, ad inquirendum de vero cultu Dei; deniq; (3) *Cumulativè*, per famam de Eccleſiâ toto orbe diffuſam. Hæcque omnia B. Apoſtolus confirmat, utpote, Act. 17. v. 26, 27. inq;uens, *Fecit ex uno ſanguine omne genus hominum; ut quærent Deum, ſi forte palpando eum invenirent.* Ibidem 14. v. 17. *Non paſſus eſt Deus ſe experſem eſſe teſtimonii, dum benefecit, dans nobis cœlitus pluvias ac tempora fructifera, implens cibo & latitiâ corda noſtra.* Rom. I. v. 20. *Ex creatione mundi pervidentur, aterna Dei tum potentia, tum divinitas.* ibidem 2. v. 4. *Bonitas Dei ad reſpiſcentiam ve allicit.* Adiſis B. D. Dannhæwerum Hodoph. phæn. 9. pag. 865, ſeqq. *Subjectum autem bujus Gratie ſunt omnes omnino Gentiles, quibus tamen Deus Gratie gradus ulteriores sæpe non adhibet, pulſando & movendo, cum ipſa per ſe non tantum contemni & rejici poſſit, ſed & actu eam Gentiles repudient; teſte Apoſtolo, Rom. I. v. 18. Palàm eſt ira Dei adverſus omnes, qui veritatem injuſtè detinent.* v. 21. *Cum Deum cognoverint, non tamen ut Deum glorificaverunt, neque gratia*

gratias ei egerunt. v. 24, 26. Propterea tradidit eos Deus cupiditati-
bus cordium suorum ignominiosis. Finis hujus Gratiae, quae
etiam Pædagogia externa quibusdam dicitur, non est proxi-
mè hominis Conversio, sed immediatè atq; adæquatè Ad-
ductio ad Ecclesiam, ad inquisitionem de verâ Religione &
Verbo divinitus revelato. Hinc Celebritas Ecclesiæ, ex
intentione divinâ, eò semper directa fuit, ut homines ad
illam invitarentur, & Gentiles hâc gratiâ stimulati, de
vero essent Deo solliciti, qui non nisi in verbo se se & Vo-
luntatem suam revelavit, non nisi in Ecclesiâ verè agnosci-
tur & celebratur. Atq; inde Gentium Apostolus, Act. 17.
v. 27. adhibet emphatica maximè vocabula, ἤρπεν, ψηλα-
φᾶν, exquisitè palpare, atrectare, requirere, investigare, &c.

10. Valde itaque errant, (1) Arminiani, Benevolentiam
quidem agnoscentes Dei generalem, sed (a) Gratiam hanc
cum donis natura confundentes, dum Dona illa in Naturâ,
post lapsum per generationem reliqua, vocant Gratiam primò col-
latam, cujus rectum usum Deus ulteriori gratiâ velit re-
munerari; Cùm tamen econtra, post Lapsum finis Na-
turâ filii ira, Eph. 2. v. 3. conclusi omnes sub infidelitate & pec-
cato, Rom. 11. v. 32. Gal. 3. v. 22. in transgressionibus & pec-
catis mortui, Eph. 2. v. 1, 5. super quos ira Dei de caelo revela-
ta est, Rom. 1. v. 18. ut qui Legi Dei subijci nequeunt; Rom.
8. v. 7. tantum abest, ut Gratia aliqua Dei Salvatrix, in Do-
nis illis Natura, & si rectè usurpatis, consistere queat: (β)
Dicta Scriptura apertè gratiam attingentia Evangelicam, ad
Communem illam & Universalem extra Ecclesiam detorquentes,
cetera verò corrumpentes; Idq; contra Scripturas distinctè lo-
quentes, Vel de illuminatione Fidei, per Verbum & Sacramenta,
ejusq; augmento & abnegatione, Intra Ecclesiam, Joh. 1. v. 9.
ibidem 3. v. 19. c. 8. v. 12. c. 9. v. 5. c. 12. v. 46. Matth. 13.
v. 12. ibidem 25. v. 29. Marc. 4. v. 25. Luc. 8. v. 18. ibidem
19. v.

Ubi re-
fellun-
tur Ar-
minia-
ni,

19. v. 26. quò spectant exempla, *Saba Regina*, 1. Reg. 10. v. 1, seqq. 2. Chron. 9. v. 1, seqq. *Matth. 12, v. 42. Luc. 11, v. 31. Dynastia Candaces Regina Æthiopum*, Act. 8. v. 27, seqq. *Lydia purpuraria*, Act. 16. v. 14, seqq. *Epulonia*, Luc. 16. v. 19, seqq. &c. *Vel de Adductione ad Ecclesiam Padagogicâ*, aut per famam, exemplo *Naamanis*, 2. Reg. 5. v. 1, seqq. aut per missionem præconis extraordinarii, ceu factum *Ninevitis*, Jon. 1. v. 2, seqq. *Macedonibus*, Act. 16. v. 9, seqq. &c. Unde tamen non sequitur, dari *Gratiam singulis momentis pulsantem* extra Ecclesiam, vel ad *pulsandum destinatam*, ceu *Arminiani* statuunt. (II) *Pontificii*, variè hîc deviantes; Ut (1) *Patres Concilii Senensis*, imperitè decernentes, *Necessitatem Gratia non præjudicare Libero arbitrio*, cum illa semper in promptu sit, *DEUSQ;* omni momento *stet ad ostium & pulset*, Apoc. 3. v. 20. Quippe in adversum, *Gratia DEI*, & si semper quidem *necessaria*, Joh. 15. v. 4, 5. nihilo tamen minus nec *Libertum arbitrium est Gratia DEI* ullo modo *post Lapsum causa*. Joh. 1. v. 13. ibidem 3. v. 5. 1. Pet. 1. v. 23. nec *Gratia DEI* ab illo *dependet*, 2. Cor. 3. v. 5. Phil. 2. v. 13. aut illi hæret ullatenus *connexa*, Joh. 6. v. 44, 65. nec, à *Vocatione DEI* ad *Obedientiam hominum*, militat sequela, Esa 65. v. 2. Rom. 10. v. 21. (2) *Seçtatores Thomæ Cajetani, & Marci Antonii de Dominis* in *Repub. Ecclesiasticâ*, *Lumini Natura & Ductui rationis naturalis*, quo nemo destituitur, *Gratiam DEI* alligantes, ut, qui *Lumen Natura & Ductum rationis naturalis* sequuntur, *Gratiâ hâc Communi* adjuventur, præparentur, & ducantur ad *DEUM*, notâ sapientiæ suæ viâ illis prævidentem. *Quam* quidem sententiam *Scripturæ multifariâ* evertunt; tum *Deo expressè prohibente*, in *Præstatu exercitiû & negotio Salutis, facere quicquid rectum videtur singulis in oculis suis*, Deut. 12. v. 8. adstringente verò *Colorem suum ad ea, quæ præcepit*, ibidem 4. v. 2. C. 12. v. 31. tum *asseverante Christo, Neminem novisse DEUM Patrem, nisi cuiuscumq; voluerit Filius revelare*, Matt. 11. v. 27. Joh. 6. v. 46. Ibidem 1. v. 18. &, *teste Apostolo, Spiritus alia sunt Lumini Natura ac Ductui rationis naturalis Stultitia, nec eo cognosci possunt, quia spiritualiter dijudicantur*, 1. Cor. 2. v. 14. 11. *Quin*